

162

HONORIS, ET AMORIS,
MONVMENTA
BEATIS MANIBVS
VIRI
PRAE-NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
NEC NON CLARISSIMI

DOMINI
CHRISTIANI
WOLFFII

SACRAE REGIAE MAIESTATIS POLONI-
GAE, ET ELECT. SAX. ACCISORVM VECTIGALIVM
INSPECTORIS FRIBVRGENSIS, AC SERENISSIMI
PRINCIPIS SAXO-~~Q~~VERFVRT-ET WEISENFEL-
SENSIS A CONSILIIS COMMISSIONVM
SPECTATISSIMI


DIE XIV. MENSIS SEPTEMBRIS
ANNO CHRISTI MDCCXL.

POSITA

A
SINCERIS AMICIS
FRIBVRGI.

NVMBVRGI,
STANNO BOSSOEGELIANO.

162.



pes hominum certe mendax est noctis imago, *)
Et species somni vita caduca leuis.
Mortales cernunt per somnum grata videntes, **)
Perpicuis oculis non tamen ista vident.
Per somnum capiunt concentus sepius aure,
Istos percipiunt non tamen aure sonos.
Illis per somnum dapibus saturare videtur
Se, maleficiada fames cum tamen anget eos.
Sic homines comedunt, potant, subeuntque labores,
Ast subito subeunt tristia fata sua.
Quid res sunt hominum cunctorum? Somnianonne? ***)
Ac vani visus prorsus imago vaga?
Saepe prius pariter marcescit forma venusta,
Quam laetos flores truderit ista suos.
Corporis expectata salus est mobile donum,
Et crebro variis exagitata malis.
Hoc dubitas? hospes terrae, nunc Iste docebit
VIR te, qui clausit lumina morte pia.
Istius vitae series fugitiua profecto
Nil nisi fallacis noctis imago fuit.
Huic etiam risit vultu fortuna sereno,
Ast aura leuior mobiliorque fuit.

Diuitias gratas *Huic non fortuna negavit,*
Sed nebulosus eae pene fuere vapor.
Hunc pariter merito saepissime mulxit honore,
Hic sedenim sane fabula vana fuit.
Itaque quid, vulnus moerens *Vos mente gerentes,*
Nunc *Vestri fletis busta beata PATRIS?*
Atque comas ruptas lugentis more grauatis,
Et lacrimis tunicas, sicut ab imbre, piis?
Tempora cum vitae sint nil nisi somnus et umbra,
Quae leuior fumo saepe, notoque fugit.
Ergo modum lacrimis funestis ponite certum,
Et siccate pia lumina moesta manu.
Euigilans somno vitae mutabilis hujus
Nunc fruitur vita fine carente PATER.
Quam nec fatali vexabunt sidere morbi,
Nec posthac ludet noctis imago leuis.


*) Plato. Spes mortalium sunt somnia vigilantium.

**) Philo ille Iudeus in vita Vir. civilis pag. 424. Somnium, ne quid mentiar,
est vita hominum, Quid res corporis? nonne somnia sunt? Nonne pul-
chritudo momentanea, pene prius marcescit, quam pereat, sanitas incer-
ta, infirmitatibus obnoxia.

***) Augustinus in 75. Psalm. Qui per somnia inuenit thesauros, tam diu diues
est, quam diu non euigilat, somnium illum diuitem facit, euigilatio pau-
perem facit. Tenuit illum somnus fortasse in terra dormientem, et in du-
ro jacentem, et forte mendicem, in somnis videt se jacere in lecto ebur-
neo, vel aureo, quam diu dormit, bene dormit, euigilans inuenit, se ja-
cere in duro, in quo illum somnus tenuerat etc.

Hisce dolorem ex obitu beate Defuncti Wolffii
conceptum calamo lugente, exprimere
voluit

IOANNES LUDOV. SCHVBERTHVS,
Praefecturae Friburgensis Praefect.



Quid nostrae vitae, quaeris, sit summa caducae?
Est morbi sedes, grande laboris onus.
Perpetui fletus, moeroris, triste cubile,
Fortunae ludus mobilis, atque jocus.
Quis igitur doleat, mortem subiisse beatam
Hunc? nisi cui doleat nunc superasē mala.
Hic morbo pressus, superas euadit ad auras,
Ante suum plaudit semper, ouatque Deum.
*Illi*us exornat frontem Deus ipse corona,
Et dulci semper nectare mulcet *Eum.*
Insimul expositum saeuis non imbrisbus vllis,
Exhilarat sudo semper amoena dies.
Ergo *Vos*, *vulnus gemebundum mente gerentes*,
Et passi pariter nunc grauiora mala;
Tergite rorantes lacrymas, et ponite luctum,
Ac animis, *Orbi*, tristia ferti piis.
Triste quidem vulnus *Vobis* Deus intulit ipse,
Ait ilius certe consolidare potest.

Supremi honoris, extreimi moeroris, et postremi

amoris ergo adjecti

IOANNES IVSTVS LESERVUS.



78 M 496



TA-DO

K018

b7



HONORIS, ET AMORIS,
MONVMENTA
BEATIS MANIBVS
VIRI
PRAE-NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
NEC NON CLARISSIMI

DOMINI

CLODISTIANI
OLFFII

B.I.G.

MAIESTATIS POLONI-
ACCISORVM VECTIGALIVM
VRGENSIS, AC SERENISSIMI
VERFVRT-ET WEISEN FEL-
ILIIS COMMISSIONVM
CTATISSIMI
ENSIS SEPTEMBRIS
CHRISTI MDCCXLI.
POSITA

RIS AMICIS
RIBVRGI.

MBVRGI,
BOSSOEGELIANO.

Farbkarte #13

